



impleret. obsecrandum patrem putat esse pro nobis. quia aduocat
 nit. Solum insidiatur celis apertis aure. ut filium patris quasi in-
 firmum rogare ut impetret. quod implere non possit. potestatis ac-
 tor. Obedientie magister. ad precepta uirtutum suo nos informat
 exemplo. Aduocatum inquit habemus apud patrem. Si aduocat
 est. debet pro meis intueri peccatis. Non ergo quasi infirmus. sed quasi
 pius obsecrat. ut scire quanta omnia que uelit possit. et aduocatus ex-
 iudex est. In altum pietatis officium. in altero insignie est potesta-
 tis. Et erat inquit pnoctans in oratione dei. Species est datur.
 forma prescribitur. quanta debeas emulari. Quid enim te pro salute
 tua facere oportet. quando pro te in oratione pnoctat. Quid te
 facere conuenit. cum uis aliquod officium pietatis adoziri. quando
 ipse missurus aplos orauit prius. Et solus orauit. Nec usquam
 alibi sibi fallor. orasse cum aplos reperit. Ubique solus obsecrat. De
 enim consilium humana uota non capiunt. nec quisquam exco-
 potest esse particeps christi. ut scire quantum non sibi orauerit. Uocauit
 inquit discipulos suos. et legit. et dixit. quos adpropagandum
 auxilium salutis humane per orbem latitantes fidei destina-
 ret. Simul aduocatum consilium celeste. Non sapientes aliquos.
 non diuites. non nobiles. sed piscatores et publicanos quos dirigeret
 elegit. ne tradidisset prudentia. ne redemisset diuitiis. ne
 potentie nobilitatisque auctoritate traxisset ad suam gratiam
 aliquos uideret. ut ueritatis ratione disputationis gratia pre-
 ualeret. Ligatur et uincal. non imprudentia. sed pro prudentia.
 Quanta est uirtus. quanta nec adulari minister infirmat. Quanta
 moralitas domini. qui pietati magis apud nos iudicium suum quam
 affectum maluit. Suscepit enim hominis fragilitatem. uideo nec has
 partes recusauit humane infirmitatis. Voluit deserti.
 uoluit prodi. uoluit ab aplo suo tradi. ut tua socio desertus
 a socio proditus. modeste feras tuum errasse iudicium posse ben-
 ficium. **Et** descendit inquit cum illis et stetit in loco
 pede plano. aduerte omnia diligenter. quando cum aplos ascendat.
 et ad turbas descendat. Quoniam enim turba. non in humili loco christum
 uidet. non sequitur ad excelsa. non ascendit ad sublimia. Denique u-
 descendit. inuenit infirmos. In excelsis enim infirmi esse non possunt.

License: public_domain – Oudenaarde, Stadsarchief Oudenaarde, Handschriften en Zeldzame Drukken, nr. 20-5 e, fol. [7]r – Ambrosius Mediolanensis, <i>Expositio evangelii secundum Lucam</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3msp/8950/67126)